

- 5 Neque vocabitur ultra nomen tuum Abram: sed erit nomen tuum Abraham: quoniam patrem multitudinis gentium statui te.
- 6 Multiplicabo enim te valde admodum: ponamq; te in gentes; & reges ex te egredientur:
- 7 Stabilio autem fœdus meum inter me, & inter te, & inter semen tuum post te, in generationibus suis, in fœdus perpetuum, ut sim tibi Deus, & semini tuo post te.
- 8 Daboq; tibi & semini tuo post te terram peregrinationum tuarum: totam, inquam, terram Canaan in possessionem perpetuam, erog; illis in Deum.
- 9 Dixitq; Deus ad Abraham: Tu vero fœdus meum custodies; tu, inquam, & semen tuum post te in generationibus suis.

EXPLANATIO.

I. CVM VERO ABRAM NATVS A
 CESSET. Hactenus quatuor insi-
 guibus apparitionibus Deus Abramum
 dignatus erat: *Primo*, in Chaldæa, iubens
 eum inde egredi, & benedictionem ei
 promittens, cap. 12. 1. *Secundo*, in Cana-
 naea Sichemi, promittens eius semini
 terram illam, ibid. vers. 7. *Tertio*, in Be-
 thel post discessum Lothi, iterum pro-
 mittens ei terram Cananæam, & semi-
 nis multiplicationem instar pulveris ter-
 ræ, cap. 13. 14. *Quarto*, in Hebron repe-
 tens promissionem de feminis numero-
 sitate, & de terræ possessione; addens
 quoque oraculum de feminis diuturna
 peregrinatione & seruitute ante posses-
 sionem; & solenni ritu sanciens fœdus
 cum eo, cap. 15. 13. Additur nunc *quinta*,
 reliquis augustior, qua fœdus prius ini-
 tum renouatur, describitur, & symbo-
 lo circumcisionis ob signatur. Probabi-
 le est, fuisse sensibilem hanc apparitio-
 nem; quia dicitur Abram reuerentia
 Dei percussus cecidisse super faciem
 suam, atque etiam risisse præ gaudio,
 vers. 3. & 17. Locus tacetur. Iudico fa-
 ctum in Hebron, ubi fixerat tabernacu-
 lum Abram, cap. 13. vers. 18. Tempus ex-
 primit Moses, annum 99. ætatis Abra-
 mi. A prima igitur pactione anni 14. à
 nato Ismaele anni 13. effluxerant. Non
 solum vero Chronologiæ causa Moses
 tam diligenter annos Abrami annotat;
 sed etiam, ut doceat, quantum ad
 Deum, bene diu eum exercuisse fidem
 & patientiam Abrami in præstando se-

mine promisso, nec fortasse sine eius
 culpa, quandoquidem diffidentia qua-
 dam per nuptias secundas semen habe-
 re voluerat ante tempus; quantum ve-
 ro ad Abramum, eum etiam errante o-
 pinione diu in Ismaele acquiescisse, qua-
 si is esset semen promissum, donec ni-
 hil tale amplius sperans Isaci promif-
 sionem acciperet. Infirmetas hæc san-
 cti viri monet, quod Deus etiam san-
 ctos aliquando errare sinat, & Eccle-
 siam, quæ tunc fuit in Abramo inclusa,
 minime semper infallibilem præstet, in
 iis etiam, quæ fundamentum fidei con-
 cernunt. Talis enim erat hic error Abra-
 mi, circa promissionem feminis bene-
 dicti. Ecclesia igitur non est extra erro-
 ris periculum, quando à verbo Dei re-
 cedit: sicut hic Abram erravit: quia
 à verbo DEI recessit: licet tandem
 Deus eam rursus in viam dirigat. Sic
 Ecclesia apud Iesaiam 63. 17. clamat:
Quare errare fecisti nos in viis tuis? Quod
 inanes Pontificiæ Synagogæ gloriatio-
 nes refutat.

C Porro fœderis descriptionem dupli-
 cem habemus: generalem & specialem.
 Generalis continetur præfatione: *Ego
 Deus omnipotens: ambula coram me, & esto
 integer.* Hanc esse summam fœderis, hoc
 est, mutux inter Deum & Abramum sti-
 pulationis, statim vers. 2. indicatur: *Et
 ponam fœdus meum, &c.* EGO DEVS
 OMNIPOTENS. Hæc epitheton Dei pro-
 prium à fortitudine: proprium quoq; Dei
 nomen *אנכי* omnipotens, à *אנכי* vastare, quia
 hostes

potenter deicit,
 vel significat:
 nullius
 omnis bo
 LXX o
 Deus nov. Por
 promissio
 Prom
 Dei. Non
 qualis in se sit.
 Abram: nec
 & omnipotens
 adpendos h
 hoc cepit
 sum
 erga tanta
 Abram statim
 Dei. Secun
 quod non dare
 quod sit ma
 nobis velit
 Deum tam p
 aut adue
 Est ergo
 Des
 declarabitur
 AMBULA CORAM
 Abramum ad
 & cultum sui
 ambulare coram
 pietatem,
 sed est incere De
 Deo solit
 ipsius vol
 coram me. LA
 Henoeh & Noe
 cum Deo, seu co
 ESTO PERF
 coram Deo
 hypocrifi
 Hæc perfectio est
 Abipecta enim el
 præcipito
 Alia per
 vitz, sed f
 non loqui